Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quicquam. Nullum scilicet omnino peccatum. sic enim
ostendit non creaturam sed peccatorum principem dia
bolum. quid autem dicit discumbentibus surgite eam
hinc. quoniam ad illum locum unde fuerat tradendus ad
mortem. ego sum uitis uera et pater meus agricola est;
Iste locus euangelicus fratres ubi sedicit dns uitem et dis
cipulos suos palmites. secundum hoc dicit quod est caput
ecclesiae nos q; membra eius. unus quippe naturae sum
uitis et palmites. mediator di et hominum homo xps ihs
cum et ds cuius naturae non sumus facti sed homo ut
in illo esse uitis una natura cuius et nos homines palm
ites esse possimus. et pater meus inquit agricola est;
Secundum hoc ergo uitis xps. secundum quod autem pater
maior me est. secundum id quod autem ego et pater unum
sumus. et ipse agricola est. iam uos inquit mundi estis;
mundi scilicet. atque mundandi. neque enim nisi mun
di essent fructum afferre potuissent. et tamen omnem
qui fert fructum purgat agricola ut fructum plus affe
rat; Quis enim est in hac uita ut non sit magis. magis q;
mundandis quare non autem mundi estis per baptismu
quo ablati estis. sed aut propter uerbum quod locutus
sum uobis. nisi quia et in aqua uerbum mundat detrahe
uerbum et quid e aqua nisi aqua. accedit uerbum ad ele
mentum et fit sacramentum. et iam ipsum tamquam uisi
bile uerbum hoc est uerbum fidei predicamus quod dicit
apostolus quia si confessus fueris in ore tuo et credera.
hoc uerbum fidei tantum ualet in ecclesia di ut per ip
sam credentem offerentem benedicentem tinguentem
et iam tantillum mundet infantem quamuis non dum
ualentem corde credere ad iustitiam. et ore confiteri ad
salutem. totum hoc fit per uerbum de quo dns ait iam uos
mundi estis propter uerbum quod locutus sum uobis. ma
nete in me inquit et ego in uobis unum. e duobus palmites con
gruit aut uitis aut ignis. si in uite non est. in igne erit.
ut ergo in igne non sit. in uita sit. tunc enim dicenda sunt
uerba eius in nobis manere. quando facimus quae precep
tit et diligimus quae promisit; In hoc clarificatus est
pater meus ut fructum plurimum afferatis. et rtqcc; imb;